

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Altare

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

Römischen Papp/ als der da ist des Heiligen
Petr/ der Apostlen Fürsten/ Nachkommers/
vnd unsers H. XXXI. Jesu Christi auß Er-
den Vicarius/ vnd Statthalter: Ich ver-
wirffe vnd versuche zugleich alle falsche Lehr/
Eecten vnd Opinionen, die von gemelter
Römischen Kirchen bis herö verworffen vnd
versucht seindt/ oder nachmahlen versuche
werden. Also helffe mir G. D. vnd alle Hei-
ligen/ Amen.

Si magis placet integram fidei Profes-
sionem facere, iuxta præscriptum S. Conc.
Trident. eam reperies Latinam & Germa-
nicam in Statutis seu Decretis Synodi Dio-
cesanæ Constantiensis fol. 2. tit. 2. & in fine
fol. 222. Absolutionem tam pro foro exte-
riori, quàm interiori in Ritualibus.

De hac materia Absolutionis vide plura V.
Casus reservatus. V. Confessarius. V. Sorores
Tertiaria. Pro Absolutione pœnarum Ecclesiasti-
carum singulariter V. Dispensare. V. Irregula-
ritas & V. Pœna Ecclesiastica.

A L T A R E.

53. *Licet Regularibus habere Oratoria & in
eis ac alio quocunque loco honesto &
congruenti in arâ mobili Missam sa-
cere.*

F

Idem

Idem licet Sacerdotibus secularibus in Regularium Oratoriis.

L
III.
Privilegia
pro Altari
portatili.

Inter Decretales Greg. 9. e. In his. De Privilegiis. Concessio notabilis habetur facta FF. Prædicatoribus & Minoribus, ut ubicunque fuerint, sine Parochialis iuri præiudicio (quod idem Pontifex declaravit in alia Extravag. Nos attendentes. intelligendum, in exigendo Decimas, oblationes & primitias, quæ debentur Parocho de iure, ex eo quod Sacramenta ministrat) celebrare possint cum altari viatico. Quod privilegium cum sit insertum juri communi, neutiquam per Trident. Conc. sublatum esse defendunt nouissimè præter alios plures P. Marchant. de 12. fund. FF. Minorum. tr. 11. sec. 4. §. 1. Et Tamburin. de Sacrificiis Missæ. l. 1. c. 4. §. 3. Referens aliorum insuper Pontificum confirmationes, præsertim Pauli 3. in Bulla: Licet debitum. cuius verba sunt: Liceat Præpositis & de eorum etiam facultate vniuersis fratribus & socijs Societatis, in locis, in quibus degunt, & eos pro tempore errari contigerit, habere Oratoria & in eis at quocunque alio loco honesto & congruenti, in altari portatili, cum debita reuerentia & honore celebrare. Agit de his etiam Quintadaliis insuper adductis, tr. 7. sing. 34. vbi n. 5. notat, quod in Oratorijs Conuentuum & prædio-

prædiorum, non solum Regulares, sed Sæculares quoque Sacerdotes celebrare possunt: In altari verò portatili Regularibus concessio, hi solum; siquidem privilegium celebrandi in Oratorijs prædictis sit locale, factum in gratiam ipsorum, domorum & prædiorum; aliud autem altaris portatilis sit personale ipsis Regularibus concessum.

BENEDICERE.

54. *Benedicere est alicui bonum precari.*
 55. *Benedictiones Ecclesiastica solennes & earum vis.*
 56. *Quadam sunt Constitutiva, quadam Invocativa: Personales vel Reales.*
 57. *Aliquæ sunt cum S. Vnctione, alia non.*
 58. *Benedictiones licita Regularibus.*
 59. *Expenduntur Privilegia.*
 60. *Benedictio propria FF. Min. in fine Ieiunij Benedicti.*
 61. *Alia singularis in festo S. Blasij Ep. & Mart.*
 62. *Huius Ricus ac formula.*

54. **B**enedicere est alicui bonum precari, videlicet à Deo omnis boni largitore, sicut maledicere est alicui imprecari malum. Priuatim benedicere licet cuius

LIV.
Benedicere quid sit & quorumplex?